Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



NOVI VOMERITO FRES hodierna die psalmus hic
legitur. in quo ꝓpheta exultandu precipit et le
tandum; Omnes eni creaturas ad huius diei festiuita
te dd scs inuitat. nam inhac die per resurrectionē xpi
aperitur tartarum. ꝓneofitos ecclē innouatur terra.
celu ꝑ scm spm reseratur; Apertum eni tartarū reddit
mortuos. innouata terra germinat resurgentes. celum
reseratum suscipit ascendentes; Beniq; ascendit latro in
paradysum. scorum corpora ingrediuntur inscam ciui
tatē. ad uiuos mortui reuertuntur; Et profectu quoda
in resurrectione xpi. ad altiora cuncta elementa se tollunt;
Tartarum quos habet reddit ad superos. terra quos se
pelit mittit ad celu. celum quos suscipit representat
ad dnm. Et una eadēq; operatione. saluatoris passio ele
uat de imis. suscitat de terrenis. collocat in excelsis.
Resurrectio eni xpi. defunctis ē uita. peccatorib; uenia.
scis est gla; Omnē ergo creaturā. ad festiuitatē resur
rectionis xpi dd scs inuitat. Ait enim; Exultandum
in hac die quā fecit dns et letandu; Sed dicit aliquis.
Si in die gratulandu ē. his quoq; gratulandu ē. quos
dies ipsa complectitur. Celum aut et tartarum. extra
huius mundi diem sunt constituta. Quomodo igitur
possunt ea elementa ad festiuitatē huius diei uocari.
cuius diei ambitu non tenentur. Sed hic dies quā fecit
dns. penetrat omnia. uniuersa continet. celum. terrā.
tartarumq; complectitur. Lux eni xpi non parietibus ob
struitur. non elementis diuidit. non tenebris obscurat;